

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Konrad Olde Johannes Hagenius

**Disputatio Philosophica de Infallibilitate Formalitatis Consequentiarum**

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138305>

Druck Freier  Zugang



Ruphi 1653

Johannes Oldius Hagen (Rup.)  
Conrad Oldius (Rup.)



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730138305/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138305/phys_0002)

DFG

CUM DEO!  
Disputatio Philosophica.

# Infallibilitate Formalitatis Consequentiarum,

*Quam*

Cum Consensu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ in Academia Rostochiensi

SUB PRÆSIDIO

M. CONRADI OLDII,

Hamburgensis

Placido Philosophantium Examini  
Subjicit

JOHANNES HAGENIUS, Holtatus

Tempore solito ad Diem 7. Martij  
in Auditorio Majori.

• 5(0) •



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Academ. Typog.  
Anno M. DC. L. V.



## VIRIS

*Admodum Reverendis, Clarissimis  
Humanissimis, Doctissimis*

**DN. TYCHONI à JESSEN,** Cœnobii Vir-  
ginei, quod Prezæ est, Pastori pientissimo,  
vigilantissimo, meritissimo.

**DN. JOHANNI PAULI,** Ecclesiæ Præzensis  
Pastori ut fidelissimo ita dignissimo.

**DN. LUDERO à STEMMEN,** Ecclesiæ  
Præzens. Pastori Vigilantissimo.

**DN. PETRO HAGENIO,** Ecclesiæ Syl-  
feldensis Pastori meritissimo

*Dominis Mecenatibus, Patronis,  
Fautoribus ac Promotoribus suis humiliter, re-  
verenter, observanter venerandus, nec non Pa-  
renti suo aeternum colendo*

Hanc dissertationem Philosophicam  
inscribit

Johannes Hagenius,  
Holc.



## Cum D E O.

### THESIS I.

**A**D veram & propriè sic dictam Scientiam ab-solutissima non solum objecti, sed & cognitionis certitudo requiritur.

### EXEGESIS.

**V**ulgatissimum est scientificè cognoscere non posse nisi solum id, quod absolute est necessarium,  $\delta\pi\varphi\alpha\lambda\omega\varsigma\epsilon\tau\iota\upsilon\epsilon\pi\varsigma\mu\eta$ , τοτη̄ ἀδύνατον ἀλλως ἔχειν, Cujus enim simpliciter est scientia id ut aliter se habeat, fieri omnino non potest. Arles lib. i. post. c. 2. Necessaria hæc objecti Cognitione cum sufficiens sit ad objectum aliquod scibile denominandum; Nec enim ex parte objecti præter quam invariabilis causæ & causatorum connexio aliud quid requiritur; Scientia unicuique esse sum & dignitatem scientificam largitur. Sic physica cum circa ea cognoscenda versetur, quæ nullum humani arbitrii Imperium agnoscendo certâ ac invariabili naturæ lege fiunt, scientiis annumeratur, judicium idem esto de reliquis. Nec erronee. Quanvis enim sic non ipsum Objectum, sed cognitione ejusdem in considerationem veniat, attenditur tamen ea non ratione certi alicujus subjecti, cuius in hæreat animo; Sed ratione i. Possibilitatis quod ad rem ipsam. Cum enim objecti necessariæ sint causæ & affectiones utique apodicticum syllogismi medium suppeditant. 2. debitæ perfectionis; adæquanda enim perfecta objecti cognitione suo cognoscibili quod profecto non sit nisi necessarium objectum scientificè i.e. apodicticè ( $\delta\pi\varphi\alpha\lambda\omega\varsigma\epsilon\tau\iota\upsilon\epsilon\pi\varsigma\mu\eta$  εξις ἀποδεικτικὴ Arles οὐκῶν συδῆτε lib. 5. c. 3.) cognoscatur. Ad hoc ipsum vero obtinendum

cognitionis certitudo, quam Thesis requirit, omnino est necessaria, quippe, cum Scientia opinioni ex hoc ipso (scilicet ut indubium dubio) contradistinguatur; Quod apertissimis hisce restatur Philosophus. Το επίγνωσις καὶ επισήμην διαφέρει τὸ δοξασθεῖν δόξην, ὅπην μὴ επισήμην καθόλου καὶ διανομάτων. Τὸ δὲ αναγνώσιον οὐκ εὐδέχεται ἄλλος ἔχειν, ἐστι δεῖνα ἀληθῆ μὴ καρότα, εὐδέχομενα δὲ καὶ ἄλλος ἔχειν. Δῆλον δὲ τὸ μὲν μὴ ταῦτα επισήμην οὐκ εἶναι. (εἰν τοιούτῳ ἀλλοιος ἔχειν ταῦτα διανομάτων ἄλλος ἔχειν scibile autem & Scientia differentiū ab opinabili & opinione, quoniam Scientia quidem universalis, & per necessaria. (necessarium vero non contingit aliter se habere) Planum igitur quod circa hæc quidem Scientia non est, essent enim impossibilia aliter se habere, possibilia aliter se habere lib. i. poster. c. 26. in qua Arlis verba rectissime hisce commentatur Toletus; Discremen Scientiæ & opinionis ex duplice parte sumitur: Ex parte eorum, quorum est Scientia, & quorum est opinio: Quæ dicuntur scibilis & opinabilis, & ex parte ipsarum credulitatum, quæ per ipsos habitus adveniunt; quorum enim est Scientia, semper necesse est ita se habere; quorum est opinio non semper necesse est ita se habere. Præterea per Scientiam cognoscimus rem, quæ non potest aliter se habere, & simul scimus, quod non potest aliter se habere.

TH. 2.

Certitudo cognitionis duplex est, materia  $\Sigma$  forma; utraq; ad veram  $\Sigma$  propriè sic dictans scientiam requiritur.

EXEGESIS.

Certitudo cognitionis Materiæ in eo consistit, ut certo cognoscenti constiteret, medium quod assumit demonstrationis esse veram ac necessariam conclusionis causam; Et de hac Arist. & Toletus l. c. ex occasione explicite loquuntur. Consona illis sunt, quæ notavit Zabarella lib. de Speciebus demonstrationis cap. 2. Quinq; Conditiones dixit Arles in Principiis potissimæ demonstrationis postulari, scilicet, ut sint vera, immediata, priora, notiora & causa con-

et conclusionis: Has ego primus animadvertis in duo genera esse  
divisa: Aliæ namq; in ipsa re, alia non in re sed in animo demon-  
strantis requiruntur: In ipsa quidem re postulatur, ut principia sint  
vera & prima seu immediata & priora secundum naturam & cause  
conclusionis, h. e. cause essendi. Hæ namq; omnes conditiones  
Principiis adfunt etiam animo nostro non cogitante. In animo au-  
tem nostro requiritur, ut Principia notiora conclusione habeamus,  
& ut sint nobis cause cognoscendi conclusionem. Idem paulo in-  
ferius eodem capite. Harum demonstrationum illæ quæ ad ani-  
mum demonstrantis pertinent in omni demonstratione, cuiuscunq;  
gradus ea sit, reperiantur necesse est. Nam sive effectum per cau-  
sam sive causam per effectum sive quocunq; alio modo sciendi gra-  
tia demonstremus oportet propositiones nobis notiores esse con-  
clusionem & causas cognoscendi conclusionem, secus ea demonstra-  
tio est inutilis, nec nomen demonstrationis meretur. Nec minus  
huc faciunt quæ idem moneret in Comment. in lib. 1. poster. c. 2. Ut  
scientiam habeamus, requiritur hæc prior conditio, quæ à re sumi-  
tur, ut rem cognoscamus per causam, propter quam est. Altera  
conditionem subiungit, quæ in animo postulatur, quando di-  
cit (Et quod aliter hoc se habere non contingat) Nam animi quoq;  
certitudo adsit necesse est, ut credamus rem scitam non posse aliter  
se habere, sed invariabilem ac necessariam esse. Et ad hoc ita cre-  
dendum inducti sumus à cognitione ipsius causæ. Hæc Zabarella.  
Unde porro facile est colligere, quid statuendum sit de scientia il-  
lorum, qui Authoritati Praeceptoris fidem adhibentes de perquisi-  
tione rei ipsius parum sunt solliciti, nimirum; Non censendos esse  
scire, qui non sciunt se scire: Accipientem enim hæc ita esse ne-  
cessere est monstrare, quod A inest ipsi C. per B. juxta Arist. lib. 1. po-  
ster c. 15. vid. idem lib. 1. poster. cap. 6.

Certitudo cognitionis formæ in eo consistit, ut certe atq; in-  
dubie cognoscenti constet formam, qua uititur argumentandi esse  
necessariam atq; infallibilem, ita, ut Propositionibus hoc modo dis-  
positis ex veris præmissis non nisi vera deduci possit conclusio. Eti-  
amsi de hac formæ necessitate Philosophi in requisitis scientiæ men-  
tionem explicitè non faciant, putandum tamen non est, iniurient  
ac supervacaneam eam estimari, sed, cum peculiaris ejusdem consi-

deratio sit disciplina", quæ pro modo ac normâ sciendi agnoscitur, merito ut nota jam & extra controversia aleam præsupponitur. Quis vero sani judicij unquam concesserit, posse hominem certum esse de sua cognitione, quod ea sit infallibilis, ac nihilominus de norma, ac regula, secundum quam solam examinanda est esse incertum? Contradicторia hæc utiq; sunt, atq; sic simul stare neutiquam possunt. Hæc intelligenda est necessitas in definitione syllogismi traditâ ab Arist. lib. 1. Top. cap. 1. οὐλογισμὸς ἐστὶ λέγος ἐν ᾧ πρέπει ταῦτα τίνων ἔπειρη πάσιν καιρέντων εἰς αὐτάγκης συμβαίνει διὰ τῶν καιρέντων Syllogismus est oratio, in qua positis quibusdam aliud ab iis quæ posita sunt necessario sequitur propter ea quæ posita sunt.

T. H. 3.

### Certitudo cognitionis formæ seu necessitas consequentia non per argumentationem sed per intellectum cognoscitur.

#### EXEGESIS.

Rectè Arles lib. 1. poster. c. 1. πάσιν διδασκαλίᾳ τὴν πᾶσαν μάθησις διανοητικὴ ἐν τεονταρχίσος γένεται γνῶσης Omnis doctrina omnisq; disciplina intellectiva ex præexistente sit Cognitione. Quis enim non videt, cum ex alio per judicium rationis quid deducitur (quod ipsum Arist. hic intelligere ex voce διανοητικὴ satis patet) necessario prærequiri aliquid ante jam cognitum, & si apodictica esse debet conclusio, omnimode certum ac ab omni falsitatis suspicione, liberrimum. Hic vero si daretur processus in infinitum, nulla daretur certa scientia, nec enim prima daretur cui cætera inniti possent, basis; Et sic incertum per æquè incertum ubiq; demonstraretur. Succurrit defectui huic intellectus, & ut visibilia luminosa suo proprio videntur lumine, sic prima omnis argumentationis principia absq; medio cognoscit; non per inductionem, sic enim de certitudine illorum nondum satis constaret, sed lumine intellectus planè immediato, sola intuitione. Distingvit vero intellectus à scientia non infallibilitatis seu certitudinis, sed solius mediæ carentia; infallibilitate vel ipsam anteit scientiam, quod ex instituto, docet Arles lib. 2. poster, cap. 18.

T. H. 4

*Certitudo Consequentiae consistit in evolutione  
conceptuum.*

Pro infallibili omnium Consequentiarum fundamento duæ po-  
ni solent regulæ, quæ communiter dicuntur Dictum de Omni &  
Dictum de nullo. Prior est; Quicquid de universali verum est, id  
etiam de quovis sub illo universali contento verum est. Altera est;  
Quicquid de universali verum non est, id etiam de quovis sub illo  
universali contento verum non est. Aristoteles sic Regulas has de-  
scribit: Tum de omni dicimus quippiam prædicari, cum nihil po-  
test subiecti sumi, de quo alterum non dicatur. Idem intelligendum  
est & cùm de nullo dicimus quippiam prædicari. lib. *ad ieronimum cap. i.* Ad quæ sic Dd. Connimbricenses in Commentario. Hinc  
ergo ducuntur duo Theorematæ, quibus syllogismi omnes regulan-  
tur. Alterum est; Quicquid universum affirmatur de subiecto ali-  
quo, affirmatur etiam de quovis contento sub hujusmodi subiecto.  
Alterum; Quicquid universum negatur de subiecto aliquo negatur de  
quovis contento subtali subiecto. Prioris vis exercetur in primo & ter-  
tio modo primæ figuræ qui vocantur Barbara & Darii. Posterioris in se-  
cundo & quarto, qui dicuntur Celarent & Ferio. Ad hos autem quatuor  
cæteri omnes revocantur, ut ante monuimus & in progressu plenum fieri  
Hæc Connimbr. L. c. Si accuratius has ipsas perspiciamus Regulas infalli-  
bilitatem consequentiae ex ipsâ evolutione conceptuum constare vide-  
mus. Ex eo enim, quod subiectum quæstionis s. Conclusionis in univer-  
sali subiecto contineri per minorem patet, prædicatum Majoris subiecto  
quæstionis s. conclusionis convenire certum est V. G. dum ratio hu-  
mana ex eo quod omni homini convenit esse rationalem colligit Petro  
convenire esse rationalem quid aliud agit? quam quod universale  
conceptum, quem pro vero agnoscit in partiales dividit conceptus,  
& sic intuendo universalem hanc Propositionem O homo est Animal  
simil concipit Petrum, qui in universali homo comprehenditur,  
quod per minorem syllogismi ponitur, ex attributo universali anima-  
lis participare. Unde *avvñpia* patet nihil aliud syllogismo ejusmodi  
præstari, quam quod certum aliquod objectum in objecto universali  
comprehensum specificatur eidemque universale attributum in specie  
applicatur. Eadem plane vis, idem sensus est dicti de nullo. Dum  
enim

nam in majori propositione negatur ulli homini convenire esse lapi-  
dum & per minorem ponitur, Petrum contineri in conceptu universali  
Homo, quid aliud exhibetur in conclusione, quam certus aliquis in  
majori Propositione comprehensus nunc vero determinatus & spe-  
cificatus conceptus, de quo nunc (in conclusione) negatur in particu-  
lari, quod de eodem sed in universali una cum aliis in Majorine negabatur.  
Et hinc omnes syllogismi tria haec Regulativa agnoscunt Principia.  
Primum est. Ex meritis negativis sumptionibus nihil sequitur. Al-  
terutra enim ponat necesse est subjectum questionis in subjecto uni-  
versali, cui attributum questionis vel affirmatum vel negatum conve-  
nire altera vel affirmat vel negat, contineri, cum certitudo conse-  
quiva, ut ex modo dictis evidens est, in evolutione conceptuum  
solummodo sit radicata. Secundum est. Ex meritis particularibus sum-  
ptionibus nihil sequitur. Si enim, quod probatum est, C de A vel  
affirmative vel negative praedicandum esse ex hoc fundamento certi  
sumus, quod A continetur in B, de quo in alterutra propositione,  
C vel affirmative vel negative praedicatur, necessum est ut C de B uni-  
versaliter vel affirmetur vel negetur. Nisi enim C de Omni B affirma-  
tur non attribuitur praedicatum C omni illo quod est B. Et sic, quan-  
do ratio evolvit universalem Conceptum B & deprehendit A com-  
prehensum esse in universali conceptu B nondum tamen videt C ipsi A  
esse attributum. Eodem modo se res habet in negativis. Alterutra  
itaque propositio in omni syllogismo ratione Consequentiae est univer-  
salis; Altera seu universalis seu particularis seu singularis etiam sit, quod  
consequential vim attinet, plane est indifferens, nec in eo quicquam  
praeter identitatem termini est spectandum; Termini cum necessa-  
rio iudicem sint reperiendi, si questionis est universalis necessario ponen-  
dum. Questionis subjectum universaliter contineri in illo conceptu,  
de quo in alterutra propositione, praedicatum questionis universaliter  
vel affirmatur vel negatur; sive questionis sit particularis vel singularis  
alterutra propositio, quae subjectum questionis in universali conce-  
ptu contineri vel affirmat vel negat, particularis vel singularis salvâ  
vi consequentiae esse potest. Hinc in prima figura, quae simplicissima,  
perfectissima & reliquarum est demonstratrix, quatuor dan-  
tur modi qui tamen omnes eandem habent vim Consequentiae: Piores  
duo minorem una cum Majore universalem habent, eorumq; prior  
affirmat

affirmat posterior negat in conclusione; Uterq; ex eodem fundamento procedit, quia nempe, ut ex præmissis patet, prædicatum ejusdem de conceptu, qui includit subjectum Conclusionis, vel affirmatur vel negatur. Postiores duo ab iisdem plane non discrepant, nisi solummodo diversa minoris quantitate, quæ tamen ut dictum est, rationem consequentia non variat. Patet etiam hinc, cur in legitimo syllogismo tres necessario requirantur, non plures nec pauciores, termini; Requiritur enim præter subjectum & prædicatum questionis terminus communis, cui in una propositione prædicatum questionis universaliter convenire vel affirmatur vel negatur, & in altera propositione affirmatur inclusum esse. Hæc propositio quæ universaliori subjecto subjectum questionis inclusum esse affirmat in primâ figura semper est minor, & exinde in hac figura minor non potest esse negativa; hanc enim affirmare necesse est, ut ex antedictis patet. Sed & termini medii natura accuratius aliquanto expendenda videtur. Dictum est, exinde de conclusionis veritate indubia, quantum quidem ad formale argumentationis attinet, constare, quod per minorem propositionem subjectum conclusionis in universalis subjecto Majoris, cui prædicatum questionis convenire ponitur, contineri pateat. Suboriri forte cuiquam dubium hic possit. An ergo nihil aliud, quam species de suis individuis aut genus de suis speciebus per argumentationem verificari quæat, cum hæc tantummodo universalioris & strictioris involve-re respectum videantur. Attendendum hic est, per universale intelligendum non solum id, quod in ipsa essentiæ abstractione latius est, sed & id quod ratione alicujus proprietatis latiorem seu communiorem involvit respectum. Nec latitudo illa censenda ex re significata sed ex modo significandi, quod in argumentatione tam quæ à priori quam quæ à posteriori procedit est observandum. sic si ex rationalitate potentiam loquendide omni homine quis demonstrare velit Conclusio erit O. homo potest loqui, prædicatum in Majori propositione τῷ rationali attribuendum, subjectum vero questionis in subjecto majoris Contineri per minorem affirmandum erit. Rem significatam hic si spectemus nulla omnino in utraq; termino latitudinis reperitur discrepantia; Minot

B

quippe

quippe propositio, quā subjectum questionis in subjecto majoris Propositionis contineri ostenditur simpliciter est convertibilis, ut enim homo dicitur esse rationalis sic vice versa O Rationale recte dicitur esse homo. Et hoc semper evenit, quando vel tota minoris termini essentia, vel conceptus ultimato eandem specificans seu determinans pro termino medio assumitur. Modum vero significandi quod attinet sufficientissima latitudinis discrepantia facile animadvertisitur. Certe syncategorema τὸ Omne quod ut demonstratum est subjecto Majoris propositionis praefigi debet, distributivum est; alias enim subsumptio fieri non posset; Et per consequens pro natura syncategorematis distributivi sub ea latitudine qua pluribus communis esse potest subjectum accipendum esse indigitat. Unde ~~aut~~ ~~mixta~~ patet, ut ut conceptus quidam universales ratione substratae materiae seu rei significatae sub eadem latitudine abstrahant, id ipsum tamen non obstat, quin inter eosdem latitudinis discrepantia dabilis sit ratione modi significandi. Sic in proposito Exemplo ratione rei significatae *Rationale & Homo* sunt termini convertibles; prior tamen considerat essentiam illam in se, inde terminatum linquendo quibus vel quot subjectis ea conveniens sit; Alter certam aliquam speciem, cui conveniens est, denotat, eq; quod conveniens sit per minorem propositionem affirmatur. Quodvero minor propositio convertibilis est non formae sed materiae debetur; Alias enim quævis propositio universalis affirmativa simpliciter converti posset, quod experientia negat. Idem plane observandum in argumentationibus à posteriori, quando res ipsa per effectum notificatur. Notissimum est & tyronibus Logicæ. Propria quædam certæ alicui speciei ita convenire, ut plane cum eadem convertantur, i. e. soli, omnibus ejus individuis & semper insint. Alia propria quidem esse speciei cui tribuuntur, quatenus ex ipsa essentia fluunt, & sic accidentibus quæ externis causis esse suum debent contradistinguuntur, non vero juxta eundem rigorem juxta quem ea quæ prioris generis sunt speciei sua competit. Discrepantia hæc exinde est, quia essentia in rebus creatis suo modo composita est, & sic quidem ut diversa subjecta in aliquo convenienter, in aliquo discrepant; sic enim quævis species cum ea, cui per differentiam speci-

specificam contradistinguitur participat ex eodem genere. Quod ad propria strictè sic dicta ut illa quæ sunt prioris generis attinet, itidem subjectum quod ab iisdem denominatur in eadem latitudine cum ipsa specie constituunt. Cætera vero quæ non toti essentiæ secundum specificatum conceptum vel non nisi cum certa aliqua circumstantia competunt, subjectum quod denominant quod ad rem ipsam latius constituunt. Tertium est Conclusio sequitur partem debiliorem, quod de debilitate ratione & quantitatis & qualitatis est intelligendum. Hæc itaq; ad declarationem veritatis Theseos propositæ in primâ figura sufficiant: Reliquæ duæ figuræ ad hanc reducuntur, & ex hac verificantur; Nec minus id de omnibus cujuscunq; sint generis argumentationibus est observandum. Quod bono cum DEO in sequenti disputatione super hac ipsa materia demonstratum dabitur.

## SOLI DEO GLORIA.



Ad  
*Prestantissimum atq; Doctissimum*  
**DN. RESPONDENTEM.**

**M**ens tenebris submersa suis, nec nescia falli  
Non falli & verum, scire sequiq; docet.  
Non fallax felicis opus! Deus ipse Laborem  
Tam scitum multâ prosperitate beat.

Quod rovet

**M. Johan Christoph Ottonis,**  
**P. P.**

Ad

Ad  
*Clarissimum*  
DN. M. PRÆSIDEM  
Fautorem, Amicum ac Commensalem  
per dilectum.

**Q**Uæ nihil egregium nihil admirabile no-  
runt

Parvæ animæ, residere domi vitamq; latendo  
Fallere conservunt, se quicquam præter & agri  
Nec sapiunt minimi, divinæ sortis egenæ.  
Usq; adeo circum sedet arra in pectore nubes,  
Quæ proferre pedem doctrinæ in florida prata  
Invidet, & pulcro redimiri corpora serto.  
Acrior at contra incendit quas indolis ardor  
Hæ rectè edoctæ cœlos imitantur & auras  
Quæ motu gaudent jugi. Talis cluis OLDI  
Ingens Pieridum decus, & non ultima fama  
Holsatice Gentis, dum rursus scandere celsam  
Festinas cathedram, & perfungi PRÆSIDIS alto  
Munere. Perge ita, sic æternum nomen habebis.

*Boni omnis & affectus ergo  
fac.*

**M. Christianus Nifanius,**  
Dithmarsus.

os(O)so





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730138305/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138305/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730138305/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138305/phys_0016)

DFG

specificam contradistinguitur participat e  
propria stricte sic dicta ut illa quæ sunt  
dem subjectum quod ab iisdem denom  
cum ipsa specie constituunt. Cætera vero  
cundum specificatum conceptum vel no  
cumstantia competit, subjectum quo  
ipsam latius constituunt. Tertium est  
debiliorem, quod de debilitate ratione &  
intelligendum. Hæc itaq; ad declaratio  
posita in primâ figura sufficient: Reliqu  
euntur, & ex hac verificantur; Nec minu  
sint generis argumentationibus est ob  
cum DEO in sequenti disputatur  
materia demonstratur.

## SOLI DEO

Ad  
Prestantissimum atq;  
DN. RESPON  
Mens tenebris submersa fu  
Non falli & verum,  
Non fallax felicis opus! Deu  
Tam scitum multâ prosper

M. Johan Ch

re. Quod ad  
attinet, iti  
m latitudine  
i essentiae se  
ta aliqua cir  
quod ad reni  
uitur partem  
qualitatis est  
Theseos pro  
d hanc redu  
us cuiuscunq;  
uod bono  
ipsa.

.IA.

um  
TE M.

falli  
& docet.  
rem

uod rovet

Ottonis,  
P.

Ad




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 1000  
Patch Reference numbers on UTT